

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Passio b cum uariis

Multos filios Deus fecit. Vnicus filius Dei emit sibi fratres sanguine suo, probauit reprobatus, redemit uenditus, honorauit iniuriatus, uiuificauit occisus. Venditis rebus nostris nullum maius earum precium accipimus quam nos ipsos quia talibus implicati nostri non eramus.

Augustinus in sermone.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

probauit] probatus P V¹ V² L¹ L²; implicati] implicari C